

et quicquid liberali|tate principum, concessione pontificum, oblatione fidelium seu quolibet alio modo in antea iuste et rationabiliter deo propitio acquirere potue|rit, ea videlicet ratione, ut amodo in antea nulla humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis persona predictas prefate ecclesie et canonicorum res | et possessiones in aliquo molestare vel conturbare presumat. Siquis igitur confirmationis precepti seu concessionis mundimurdi ^{a)} viol|lator extiterit culpabilis, solvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem camere nostre et medietatem pretaxate Pennensi ecclesie | atque Oddoni episcopo et canonicis eorumque successoribus. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, presens exinde privilegium conscribi et maiestatis nostre sigillo aureo iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt: Henricus Guarmatiensis episcopus, | Wolfogerus Patauiensis episcopus et Philippus frater noster, Marcoaldus senescalcus noster, Matheus Capuanus archiepiscopus, ^{b)} Apru|tinus episcopus, Guillellmus Ualuensis episcopus et alii quamplures.

Ego Corradus imperialis aule cancellarius una cum domino Gualterio Troiano episcopo regni | Sicilie et Apulie cancellario recognovimus.

§ Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris (M) invictissimi semper augusti et regis Sicilie. §

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M C nonagesimo V, indictione XIII, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore | gloriosissimo semper augusto et rege Sicilie, anno regni eius XXV, imperii vero IIII et regni Sicilie primo.

Datum Bari per ma|num Alberti imperialis aule protonotarii II nonas Aprilis predictae indictionis.

(B.D.)³¹⁾

VII. Cremona

Der Auftrag, den Kaiser Heinrich VI. am 6. Juni 1195 seinem Nuntius Johannes Lilo erteilte und der in dem unten abgedruckten Notariatsinstrument festgehalten wurde, ist schon seit dem großen Regestenwerk, das Astegiano aus den Urkunden von Cremona veröffentlichte¹⁾, seinem Inhalt nach bekannt. Im vollständigen Druck liegt das abschriftlich im

^{b)} *Lücke von ca. 2 cm A*

³¹⁾ *Zwei Löcher für Siegelschnüre in Plika.*

¹⁾ L. Astegiano, *Codex diplomaticus Cremonae* 1 (1895) Nr. 567.